

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4321

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

1003

C O D I C E S

1004

T. III. p. 229. datur *Nicolao Claraev.* ponitque *Tandem pro Hodie. Fol. 156. De sancto Andrea.* Initium: *Ad quietum studium &c.* Legitur et in dicta Biblioth. et T. **V. Opp. Bernh. col. 713.** eidem *Nicolao inscriptus. Fol. 159. p. 2. De sancto Martino.* Initium: *Nobilis ille confessor &c.* Pariter ad *Nicolaum relatus dictae Biblioth. T. cit. p. 219.* Dixi jam, mirum esse, ipso *Bernhardi seculo Scriptis ejus tot aliena misceri potuisse.*

CCCCXXXII.

U. 81 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 371. 4. currente calamo perscriptus, et rubricis enotatus varia continet, quae hic enumerantur: **I.** *Epistola beati Bernhardi de originali peccato in conceptione sanctissime virginis Marie.* Initium: *Inter ecclesias Gallie constat profectio Lugdunensem hactenus preeminuisse &c.* Nota illa reprehensoria ad Canonicos *Lugdun.* Festum illibati Conceptus celebrantes, quae legitur in omnibus *Bernardi Editionibus,* et fignate in *Mauriana Paris. 1690. Vol. I. T. I. col. 169. n. CLXXIV.*

II. fol. 2. secuntur verba *perspicacissimi doctoris Magistri Johannis de turri cremata.* Ineunt: *Ecce testimonium clarissimum, et tante auctoritatis, quod plane in hac re ipsum solum sufficere deberet pro determinatione questionis &c.* Videlicet de Conceptu Virginis. Respondet vero dictus Doctor, *Magister Palatii et Eugenii IV.*

ad Synodus *Basil. Orator,* tum ab a. 1440. *Cardinalis iis,* quae piae Caussae Patroni adversus *Bernhardi Epistolam illo tempore obmovebant.* Non dubito *Verba nostra excerpta esse ex ejus Tractatu de veritate conceptionis Beatissimae Virginis pro facienda relatione coram Patribus Concilii Basileensis anno Domini 1437. &c.* *Romae edito 1547. 4.* qui mihi ad manum non est. Sed nihil eum Patribus persuasisse, ex eorum Decreto *Sess. XXXVI. a. 1439.* liquet. Adi de eo *Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 837.*

III. fol. 12. praemitto Indice *Incipit biblia accurtata.* Conspectus omnium utriusque Foederis Librorum sacrorum, cuius indolem disces ex initio: *Genesis capitulum primum.* *In principio. de operibus sex dierum.* **2.** *Igitur perfecti sunt. de sabbato. paradiſo. legibus. nominibus. nuditate Adam et eve. &c.* Fipis est: *excommunicat johannes addentem et subtrahentem. vocat Ihesum. Amen.*

IV. fol. 55. p. 2. *Incipit formula honeste vite quam sanctus martinus scripsit dumiensis ecclesie episcopus qui ab oriente venit. sveuos ab arriana impietate conuertit ad mironem regem. Lege Braccarense Ecclesiae; Dumensis enim tantummodo Abbas fuit. Dux de Libello Prudentiae, Fortitudinis, Temperantiae et Justitiae officia exponente Vol. I. P. 1. col. 584.* Quo te, si lubet, refer.

V. fol. 60. *Incipiunt, ut e fol. 187. p. 2. praeoccupandum est, addiciones ad postillam Magistri Nico.*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4321

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

1005

P A T R I S T I C I .

1006

Nicolai de Lira super Bibliam edita a Reuerendo Patre domino Paulo de Sancta Maria Magistro in theologia Episcopo Burgen. Archicancellario Serenissimi Principis Domini Johannis Regis castelle et legionis Quas Venerabili viro Alfonso legum doctori Decano Compostellano filio suo ex legitimo matrimonio genito direxit Premittens ei prologum sub forma sequenti, finiuit autem eas Anno domini. M. CCCC 29.no. Haec paene ad literam in Bibliis glossatis v. g. Edit. Lugd. 1545. f. ubi Lirani Postillae per singulos Libros Additiones epigrammatae Pauli subjunctae sunt una cum Replicis ad easdem Matth. Doringii seu de Thuringia Ord. Min. qui, tanquam Paulus Franciscani Sodalitii Palladium temerasset, mea quidem opinione acrius in illum incursavit, neque verum credo, quod in Lirani elogio quodam apud Fabricium Bibl. med. Lat. L. XIII. p. 118. 4. legitur, Doringium id operis summi Pontificis mandato suscepisse. Ceterum ordo Additionum in praesenti Codice mire confusus est; initium enim fit ab Actis Apostol. et definitur in Jobo hac clausula: Anno (14)57. proxima die ante octauas epiphanie. Integrale tamen sunt, ut ne quidem Epistolam illam F. Minoris ad Burensem, et hujus Responsum desideres, quae in Bibl. glossat. merito praecedunt, hic vero fol. 192. inter Additiones in Isaiam et Genesim interjiciuntur.

VI. fol. 348. Tractatus cuiusdam officiose determinans Autoritatem summi Pontificis precellere auctoritatem ecclesie et conciliorum. Ejus ingressus: Audiui et conturbatus est venter meus, a voce contremuerunt labia mea, flebile in ecclesia dei dissidium ortum. Non paganos sed domesticos fidei ac etiam universitates quasdam — inter se discrepare de ecclesiastica potestate, non ordinis sed jurisdictionis plenarie &c. Itaque ad tria se accingit Noster: Primo plenarie potestatis eminentiam in papa ostendam residere. Secundo ex eadem potestate concilium basiliense rite translatum fore. Tertio depositionem sanissimi domini Eugenij pape irritam existere. Finit difficillimae lectionis: Ipse enim quos soluit, soluit christus, qui nos benedicat in salutem eterne felicitatis. Amen. Deposuerunt Basileenses Eugenium in Seff. XXXIV. 25. Jun. 1439. unde liquet aetas Tractatus nostri; Autorem vero eti in Editionibus Concill. et Rocaberti Bibliotheca Pontif. diligenter quaesitum non reperi, suspicor tamen esse Card. Joannem de Turre Cremata O. P.

VII. fol. 362. Initia Capitum omnium Librorum Biblicalorum.

Codicem ambiunt Membranae quaedam Sec. XIV. in quibus scripta est Expositio aliquorum locorum Matthei. In antica praeterea legitur notatum:

Dum

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4321

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

1007

C O D I C E S

1008

*Dum cras est Probus deceſſit Rex ludouicus. Anno CCCLXXVII.
Sceptra Sigismundi vindex conceptio ſtrinxit. M. CCC. XXXVII.
Peior praga cibis ſcindis bei laſſla Clementis. 1457.*

Fallit annus primus; obiit enim Ludovicus I. Rex Hungariae anno demum 1382. Festum Proti eft 11. Sept. ſunt tamen, qui Regis mortem 12. adſignant. Ita quidam Sigismundum 9. Dec. mortuum ſcribunt, cum Festum Conceptionis B. V. 8. agatur. De Ladislao Posthumo dies et annus reſte habent. In poſtica: Magister Johannes de Peuerbach dedit 1. flor. Vngar. Non itaque Georgius celeber Mathematicus noſter.

CCCCXXXIII.

R. 2142 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 41. 8. per duas columnas minute, et priore parte nitide exaratus, rubricisque diſtinctus titulum praefert: *Incipiunt me-*

Codex

Exurgat deus et cadat armatus iſte. Cadat et conuertatur. Iniquus homo eſt, contemptor dei, cultor ſui, amicus mundi, ſeruus diaboli. Quid tibi uidetur? Sed reſte ſentis, mecum dicis: Reus eſt mortis, cruciſigatur. Noli diſsimulare, noli differre, noli parcere, ſed festinanter, audacter, inſtanter cruciſige hominem hunc, ſed cruce christi, in quo eſt ſalutis et uita, ad quem ſi ex corde clamaverit crucifixus, audiēt benigne respondentem: Hodie mecum eris in paradyſo.

ditationes Bernardi. Ad oram inferam manus συγχέοντος adjecit: *Anno domini M°. C°. XIII°. A conſtitutione domus cyster cen. XV°. ſeruus dei Bernardus Annos natus XXII. cyster cium ingressus cum ſocijs amplius quam XXX. ſub abate stephano christi iugo collum ſubmiſit. Meditationes ipſas Bernardo detrahit Editio Opp. Mauriana T. V. Paris. 1690. col. 319.* f. Mirum, quod in Codice praefenti a Capite incipiunt, quod in illa Edit. ultimum eft: *Dies hominis ſicut umbra ſuper terram &c.* et ultimum eſſe debet propter adjunctam δοξολογιαν: *qui vivit et regnat &c.* Ceterum alia etiam diſtione Capita non XV. ſed XVI. cenſet, et lectione abit, cujus ſpecimen fit ex eodem Capite:

Editio

Exurgat Deus, et cadat armatus iſte: cadat et conteratur inimicus homo, contemptor Dei, cultor ſui, amator mundi, ſervus diaboli. Quid tibi videtur? Si reſte ſentis, mecum dices: Reus eſt mortis, cruciſigatur. Noli ergo diſsimulare, noli differre, noli parcere: ſed festinanter, audacter, inſtanter cruciſige hominem iſtum, ſed cruce Christi, in qua eſt ſalutis, et vita, ad quem ſi ex corde clamaveris, Crucifixus tuus audiet te benigne reſpondens: Hodie mecum eris in paradyſo.

II.

2025-07-01